



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 28. Lovaniensium Doctorum iudicium de Ordinatis extra Ecclesias Belgii
Fœderati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

rem eligeret Virum pacis studiosum, Sæc. XVIII.
 cunctosque, qui post Regiam declaratio- A. C. 1723.
 nem appellarunt, ab hoc officio ex-
 cluderet. Igitur Doctores in Dagume-
 rum, qui jam antea hoc officio functus
 est, sua conferebant suffragia.

§. XXVIII.

*Lovaniensium Doctorum iudicium de
 Ordinatis extra Ecclesias Belgii
 Fœderati.*

Jam supra meminimus, quod Capi-
 tula Ultrajectense & Harlemense, Vid. supra
 aliaque Belgii Fœderati Capitula suis pag. 172.
 Diœcesanis literas, ut vocant dimisso- Batav. Sacv.
 riales contulissent, vel etiam extraneos pag. 493.
 incorporarint, eo fine, ut hi ab Epi-
 scopis Sacerdotio, aliisque Sacris Or-
 dinibus initiarentur: Hunc vero usum
 utpote S. Canonibus adversum non
 modo damnabat Pontifex, sed ex ipsis
 Hollandiæ Catholicis non pauci gravi-
 bus desuper conscientiæ anxietatibus
 cruciabantur; cum enim a tempore,
 quo hæ Provinciæ ab Acatholicis fue-
 runt occupatæ, bona omnia Ecclesia-
 stica in eorum cessissent potestatem, be-
 neficiorum nominatim simplicium ti-
 tuli etiam fuerunt extincti, proin nul-
 lus ad titulum Beneficii ordinari potuit:
 cessante igitur hoc titulo Batavæ
Hist. Eccles. Tom. LXXI. Qq Ec-

Sæc. XVII. A. C. 1723 Ecclesiæ Rectores existimarunt, in-
 neum adhuc titulum ipsam esse ad Mini-
 sterium Ecclesiasticum assumptionem,
 qua initiandus profitetur, se velle illius
 Ecclesiæ Ministrum constitui, & affirmari
 proin ejusmodi adscripti, etsi nec cog-
 gine nec domicilio subditi essent, ab
 Episcopis ordinari possent. Hoc super
 dubio consultabant Lovanienfes Do-
 ctiores, quorum quatuor die quarta Fe-
 bruarii hunc usum nec S. Canonibus
 nec modernæ Ecclesiæ disciplinæ ad-
 versari censebant, quia titulus domi-
 cili vel originis antiquitas vix nota
 fuisset, sed ordinationis titulus fuerat
 adscriptio alicujus in Ministrum particu-
 laris Ecclesiæ, sicut aliquis vere
 miles, etsi sit exterus, si legioni talis
 vel tali adscribitur Priusquam ergo
 talis non fuerit particulari Ecclesiæ ad-
 scriptus, a quolibet Episcopo ordinari
 possit. Id probabant ex Concilio Chalce-
 taginensi III. Anno 397. ubi Ju-
 lianus increpatur, eo quod Epigonium
 qui etsi origine esset ex Juliani Diocesi
 ab alio tamen Episcopo Ecclesiæ
 Mappaliensi *tanquam Lector adscriptus*
 fuerat, in Diaconum ordinasset, &
 que ideo hodie per tonsuram & minores
 Ordines Clerici non reputentur
 de foro Ecclesiastico, nisi hi alicujus
 Ecclesiæ servitio vel ministerio ab Episcopo

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

clesia Deputati, eidem Ecclesiæ mini-
strent: ita Trid. Sess. 33. cap. 6. de Ref. & cap. 1. extra de foro compet. & Epist. S. Congr. de Propag. die 26. Jan. 1664. ad Joannem Castoriensem Episcopum & Vicarium Apostolicum: *Ubi in aliquo, quas diximus condiciones perspexeris, poteris nedum Provinciarum istarum Nationales, sed etiam externos ad S. Ordines promovere, si in aliquo ex Seminariis ad istas Provincias spectantibus earundem redditibus ac fundationibus fuerint enutriti, sicut Parochus juvenem, etiam aliam Parochiam actu incolat, ad Ecclesiæ suæ Ministrum assumpto Sacramenta tanquam proprius Parochus administrare potest. Huic Lovaniensium iudicio consonat etiam illud Parisiense, qui hujus Provincie spectata necessitate legem de Clericis extraneis per Episcopos non ordinandis cessare judicaverunt, præcipue cum alias ibidem populus Verbo & officio Divino & Sacramentis privatus relinqueretur, Concilium autem Constantinopolitanum I. Canone II. statuatur, *Dei Ecclesias, quæ in Barbaris sunt gentibus, administrari oportere juxta eam, quæ a Patribus obtinuit consuetudinem, ejusmodi autem praxis jam a centum Annis in Belgio invaluerit.**

Qq 2

§. XXIX.